



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 113. Evangelici labores Francisci Xaverii in Indiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. cuncta huic Societati prospera evenere;
A.C. 1547. quippe Araozus secunda jam vice Pro-
 vincialis munus obibat, & Alvaresius,
 celebris Philosophus eodem tempore
 unacum Jacobo Cavallario, Joanne San-
 ctio, & Petro Tabulafesio Societati no-
 men dabat. Denique eodem hoc anno
 Cæsar - Augustanum Collegium erigi
 cæpit.

§. CXIII.

*Evangelici labores Francisci Xaverii
in Indiis.*

Turselin. vit. **N**ec minus prospero successu Religio
S. Franc. Catholica in Indiis propagari cæ-
Xav. l. 2. c. 14 perat; quippe Franciscus Xaverius, post-
Es 16. quam Travancorensis Regni incolas
Orland. l. 5. Christo lucrificerat, Meliaporam, quæ
n. 88. a Lusitanis urbs D. Thomæ appellatur,
 contendit, ibidemque amplam Apostolici
 laboris segetem collegit, nec minus ibi
 multis ærumnis Christi amore toleratis,
 ac sepulcro, in quo Indi sacra D. Thomæ
 Apostoli ossa recondita venerantur, re-
 ligiose salutato iter aggressus est Mala-
 cam versus, inde Macazariam petiturus,
 quæ Insula a priscis Celebum dicta plus-
 quam nongentis quinquaginta Leucis
 Meliopora distat. Toto navigationis
 itinere unice misericordiæ operibus e-
 rat intentus, ac die vigesima quinta se-
 ptembris Anno nostræ salutis millesimo
 quin-

quingentesimo quadregesimo quinto Malacam pervenit, ubi æque, ac olim Goæ diverforium sibi selegit in Nosocomio, ibidemque totum tempus in ægrotorum ministerio absumpsit unacum corporum & animarum pariter salute; quippe non modo plebejos, sed & Nobiles ad honestæ, piæque vitæ studium feliciter perducebat, variis, mirisque artibus usus, quas ipsi innata comitas, ac mansuetudo fuggerebat, præterea pueros sacris doctrinis imbuebat, eorumque mores iuxta Evangelii præcepta instituebat, catechismos quoque, aliosque pios libros in patrium idioma verti iussit, ac plurium interpretum subsidio usus quamplurimos ad veritatis semitam perduxit tam Idololatrias, quam Mahometanos, ac Iudæos, ex quibus pertinaciores, cum suavi doctrinæ virtuti resisterent, tandem miraculorum vi cedere compellebantur.

§. CXIV.

Xaverius Macazariam petens, atque ad Ternatem Insulam appulsus.

Sub idem tempus Joannes de Castro novus Indiarum Prorex, atque Alphonsi de Sosa Successor e Societate tres Viros Apostolicos a D. Ignatio submissos secum conduxerat, quos Xaverius

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

*Turfel. l. 2.
c. 18. Et l. 3.
c. 1.*